



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hessus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs CXXX. De profundis clamaui ad te Dom.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

Cladibus afflictum genus Israëlis acerbis,  
Sæpe iacens hostes corruit ante suos.  
Liber ab his, ut sæpe, Deo pro munere grates,  
Gratifico populus carmine gratus agit.

Canticum graduum.

INsultus & probra tuli iam sæpe malorum,  
Ex quo prima mihi uisa iuuenta fuit.  
Dixerit Israël merito, iam sæpe maligni  
Infesti nunquam præualuere mihi.  
Tot mihi pondera iniqua, tot imposuere labores,  
Tot mea presserunt terga grauata iugis,  
Vt uelut agricolas fulcos duxisse putarem,  
Per mea iam grauibus corpora fessa malis.  
At qui iusta facit Deus omnibus ille malorum  
Discidit irata uincula cuncta manu.  
Retro ignominiosi abeant, pudor opprimat omnes  
Queis odio uisa est digna fuisse Sion.  
Sunt fœno similes nato per tecta domorum,  
Quod cito messuras aruit ante manus.  
De cuius nec fasce manum qui demetit, implet,  
Nec gremium curua falce resecta legens.  
Huic, qui prætereunt, nunquam benedicere meſi,  
Tale quid ex animo nec potuere loqui.  
Gratia uobiscum Domini, uos ipſe, precamur,  
Augeat affueta dexteritate Deus.

Narratio, affli-  
cti sumus, sed  
non perimus.

Amplificat si-  
militudine af-  
flictionem.

Imprecatio cō-  
tra hostes Ec-  
clesiae.  
Insignis figu-  
ra, qua descri-  
bit subitā com-  
mutationē for-  
tunæ impiorum.

PSALMVS CXXX.

De profundis clamaui ad te Dom.

ARGUMENTVM.

T 3

Precia



Precatio est mentis territae cogitatione  
peccatorum, & sentientis Deum irasci pe-  
catis. Præcipuum antem est quod peccatis  
suis nihil opponit, quam misericordia Dei,  
& petit gratis sibi ignosci.

Ante Deum non iustificant opera omnia quenquam,  
Sola sed in Christum mens pia, recta fides.  
Quam canit hic brevibus tam magna negocia uerbis?  
Doctorem cœlo dixeris esse datum.

## Canticum graduum.

**C**um nimis alta premet caput hoc sentina malorum  
Propositio pa-  
thetica. A te summe Deum uox mea querit opem.  
Respice & exaudi nostras placida aure querelas,  
Pondus & has lacrimas uocis habere sine.  
Ratio prima, Si pater obserues quæ nos mala cunq; patramus,  
quia sum pec- Et index scelerum serius esse uoles:  
cator corā te. Quis rogo consistet? quis te sub iudice stabit?  
Quis poterit uerbis reddere uerba tuis?  
Ratio secunda Sed te summa penes pietas, clementia summa est,  
quia es miseri- Quæ ratio nobis ut timeare facit.  
cors. Expectat Dominum mea mens, anima ægra requirit,  
Repetitiones Ipsius in uerbo spes mibi tota manet.  
propositionis. Tota animæ uis in Domino mea fixa residit,  
Altera in alterius dum subit hora locum.  
Tota sit in Domum spes Israëlis ab ipso  
Promissio, qd Et pietas est, & nostra redempta salus.  
peccata gratis Ipse Israëlem redimet placatus ab omni  
remittantur. Crimine, commissum diluet ipse scelus.

Psalms

